



SERIES ET SVCCINCTA  
narratio rerum,  
à Regibus  
HIEROSOLYMORVM,  
Neapoleos, Siciliae q̄  
gestarum:  
Ex variorum Histo  
ricorum collatione,  
repraesentata  
à  
CHRISTOPHORO BESOLDO.  
ARGENTINÆ A.D.  
Sumpt. Heredum Lazari Zetzneri  
Anno M.DCXXXVI.




HISTORIÆ  
URBIS ET  
REGNI HIERO-  
SOLYMITANI,  
REGUM ITEM SICU-  
LORUM ET NEAPOLITA-  
NORUM, AD QUOS ILLIUS  
REGNI TITULUS  
PERVENIT,  
SERIES AC RES GESTÆ:  
*INDICE, DOCTRINIS ITEM  
& observationibus politicis  
subiunctis:*  
AUCTORE  
CHRISTOPHORO BESOLDO, JC.



ARGENTORATI  
Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.

---

M. DC. XXXVI.



*L. S.*

**I**nter Regna, quæ hoc etiam nunc tempore, nomen & omen durationis habent, vix ullum esse, videtur, quod plures Dominos, graviores etiã, ac varias magis mutationes habuisse videatur illo; cui utriusque Siciliae vulgò nomen imponunt. Nam sanè Liburni, Umbri, Aborigines, Latini, Ausonii, Osci, Hetrusci, Samnites, Campani, Græci, (& quidem non semel) Romani, Pœni, Gothi, Saraceni, Nortmanni, Suevi, Galli, Arragonenses &c. Regionibus illis, diversis ætatibus vel imperitaverunt; vel omnia inibi ita turbârunt, ut admirationem cui libet facere possit magnam Neapolim adhuc inter primas Italiae urbes




# DE REGIBUS HIEROSOLY- MORUM.

*De Statu Urbis Hierosolymitana, antequàm  
ab exercitu Cruciatorum oc-  
cuparetur.*



**A**Nno Christi 68. Anno duodeci-  
mo Imperii Neronis, mense Ma-  
jo, Iudæis deficientibus à Roma-  
nis, cæptum esse bellum Iudaicū,  
Iosephus *antiq. lib. 20. cap. 19* &  
*de bell. Iud. lib. 2. cap. 13.* est au-  
tor: qui & singulas causas, quæ præcesserunt,  
quibusve temporibus contigerunt, exactè con-  
scribit: Inprimis enim, cùm jam biennio, into-  
lerabilem planè Cestii Flori Procuratoris, tulif-  
sent tyrannidem; spe etiam omni, quam conce-  
perant de Cestio Syriæ Præside, prædicto Anno,  
Paschæ tempore, Hierosolymam veniète (apud  
quem Iudæi omnes supplices egerant, ut tam  
nefandis mederetur malis) penitùs exciderunt;  
cùm jam erga Florum, viderent eum propensio-  
ri animo esse. At novis insuper, iisdemque dete-  
rioribus superadditis causis, eò sunt desperatio-  
nis adacti, ut præcipuorum quorundam factio-  
ne, ob-



DE REGIBUS,  
SICILIÆ ET NEA-  
POLEOS: EORUMQUE  
origine & successione.

CAP. I.

*De Statu illius Regni, ante Normanno-  
rum ingressum.*



Reges Siciliae, quos & Neapo-  
lis appellant, ab eorum Re-  
gia, totiusque Regni princi-  
pe Civitate Neapoli, genus  
à Normannis habuisse, con-  
stat. Nam post Imperii Romani fractas  
opes, pars illa Italiae, cui Sicilia attributa  
erat, Gotis aliquandò paruit, & Alarico  
Regi, eo nomine secundo: sed & in Lon-  
gobardorum ditione partim fuit, ut Be-  
neventi Ducum, Salernitani Campaniq;  
Principum; Apulia verò Calabriaq;, Con-  
stantinopolis Imperatoribus, adusq; Mi-  
chaëlis Cathalaici tempora paruerunt.

*Michael:*